

A nevek sokasága a mellett szól, hogy az ernyősök családjának rendszerében nehezen tudtak neki helyet jelölni, már ez a körülmény is amellett bizonyít, hogy leghelyesebben külön nemzetségnek tekintendő.

E nemzetségnek neve *Malabaila* TAUSCH (Flora 1834, I., 356), melyet KERNER használt (Schedae. 1882, 619. sz.) nem lehet a régibb s érvényes *Malabaila* HOFFM. (Umbell. 1814, 125) miatt, a *Hladnikia* (KOCH Syn. 1835) nevet alkalmazni (l. FRITSCH Excurs. Flora 1897, 409) nem találom czélszerűnek a régibb s a *Falcaria pastinacaefoliá*-ra alapított REICHENBACH-féle *Hladnikia* (Fl. germ. exc. 1830, 476) miatt, melyet ha újra nemzetségi rangra emelnének, két növény neve változnék, ezért a név megválasztásában PARLATORE-t (illet. CARUEL-t) követem, aki a Flora italiana-jában (VIII. 1888, 352—353) a *Grafia* RCHB. (Handbuch des natürl. Pfl. Syst., 1837, 219) nevet fogadja el.

Die Vielzahl der Namen beweist, dass sie im System der Umbelliferen bei den früher bekannten Gattungen nicht recht unterzubringen war, schon dieser Umstand spricht dafür, dass sie am richtigsten als eigene Gattung zu betrachten ist: deren Name jedoch *Malabaila* TAUSCH (l. c. s. nebenan), welchen KERNER in den Schedis (1882 Nr. 619) bevorzugt, wegen der älteren und giltigen Gattung HOFFMANN'S (Umbell. 1814. 125) nicht sein kann.

Den Namen *Hladnikia* anzuwenden, wie es neuerdings FRITSCH in seiner Excursionsflora (1897 p. 409) getan hat, halte ich wegen der älteren auf *Falcaria pastinacaefolia* gegründeten REICHENBACH'schen *Hladnikia* (Fl. germ. exc. 1830, 476) nicht für tunlich, indem im Falle letztere wieder einmal restituirt werden sollte, die Namen zweier Pflanzen geändert werden müssten. Ich bin daher bei der Wahl des Gattungsnamen PARLATORE ip. CARUEL gefolgt, der im VIII. Bande seiner Flora italiana (1888, 352—353) den von REICHENBACH in seinem Handb. d. nat. Pfl. Syst. (1837, 219) gegebenen Gattungsnamen *Grafia* acceptirt.

Novae plantae Balcanicae.

Auctore Dr. C. Vandas. (Brünn).

Ineunte anno 1904 a curatoribus Brunensis Musaei Francisci rogatus, ut magnum herbarium a prof. DR. E. FORMÁNEK collectum in ordinem redigerem, haud invitus ei rei operam navavi. Nam hoc herbario ad tria milia specierum plantarum continentur, quas

DR. E. FORMÁNEK latebras paeninsulae Balcanicae et multa Asiae Minoris loca peragrans conquisiverat.

Quam copiam ego digerens, alias plane novas species, alias parum notas, alias falso determinatas reperi.

Quas res nunc breviter attingo, posteriore tempore subtilius tractaturus.

I.

Peucedanum oligophyllum VANDAS.

(*Seseli oligophyllum* GRSE. Spic. Fl. rum. I, 359).

Perenne, glabrum, radice tenui collo vaginis foliorum veterum in fibras vix solutis squamoso, caule gracili, elato, usque 50 cm alto, sat tenui, anguloso striato, saepius jam a basi ramoso, ramis arcuatim ascendentibus, strictiusculis, umbella terminatis, subaphyllis, foliis radicalibus (ca. 5) sat longe petiolatis, petiolo tenui usque 5 cm longo. in vaginam lanceolatam sensim dilatato, lamina eum aequante vel subsuperante. ambitu ovatooblonga subsimpliciter pinnatisecta, remote 2—3-juga, segmentis 6—12 anguste linearibus, acuminatis, supra sulcatis, subtus nervo medio prominulo carinatis, ca 30—50 mm longis, $\frac{2}{3}$ mm latis, nonnullorum hinc brevioribus et paulo latioribus (ca 10 mm longis, $1\frac{1}{2}$ latis, ut in speciminibus pumilis in m. Kaimakčalan lectis), caulinis inferioribus subsimilibus, superioribus trifidis vel ad vaginam longe acuminatam reductis. Involucrum nullum, umbellae radii 6—10 valde inaequales, glaberrimi. 1—5 cm longi, tenues, sub fructu contracti, umbellulae radii 8—12 subinaequales, 3—5 mm longi. tenues. pallescentes. involuelli foliola 3—5, filiformia, inaequalia adaequantur. Petala alba rubescentia, acumine oblongo-obtus involuto parum emargitana. Ovarium breviter obovatum, stylopodio conico paulo longius, stylis stylopodio aequilongis, reflexis. fructus maturus ellipticus. 5—6 mm longus, $2\frac{1}{2}$ mm latus, dorso compressus, brunneus, margine angusto cinctus, stylopodiis stigmatibusque atrorubris acuminatus, jugis tenuissimis, valleculis 3-vittatis, commissura plana, 2—4 vittata.

In *Macedoniae* montibus. ut videtur, vulgare.

DR. FORMÁNEK collegit plantam nostram locis permultis, eamque in suis additamentis (Verhandlungen des naturforschenden Vereines in Brünn) ut *Seseli oligophyllum* GRSE. enumeravit. in herbario eius reperi specimina e hisce locis:

M. Peristeri supra *Magarevo* (l. c. 1892, p. 34 et 1898, p. 88) *Bratučina pl.* (l. c. 1892, p. 34), *Nerečka pl.*, *Žervensko brdo* (Žervi) *Kaimakčalan pl.*, m. *Beli kamen* (l. c. 1898, p. 88); *Posta reka* (l. c. 1900, p. 231). *Gorno Divjak* et *Kruška kula* l. c. 1894, p. 43, determ. DR. FORMÁNEK); *Neveska pl.*, *Vič vrh*, *Petrina pl.*, *Karataš pl.*, *Galičica pl.*, *Diavato* (determ. ipse).

Mirum mihi videtur, DR. E. DE HALÁCSY specimina in m. *Peristeri*, *Bratučina pl.*, *Nerečka pl.*, *Žervensko brdo*, *Kaimakčalan*

pl. et m. Beli Kamen lecta pro *Seseli oligophyllo* GRSEB. determinavisse. ut e schedis *Formánekiensis* patet. Specimina enim in *Nerečka pl.* collecta habent fructus bene evolutos. fere maturos. e quorum characteribus primo intuitu in planta nostra verum *Peucedanum* salutandum.

GRISEBACH descripsit *Seseli oligophyllum* secundum specimina ab ipso in *Macedonia* collecta (in *Scardi* pratis montanis: raro in *m. Kobelitz* alt. 4000') et vix florifera, qua de causa non potuit affinitatem genericam statuere. Descriptio eius in *Spicil. fl. rum.* I, p. 359 optime quadrat plantam nostram. In *Boiss. Fl. Or.* II, p. 966. legimus, etiam ORPHANIDEM *Seseli oligophyllum* GRSEB. in regione superiore *m. Peristeri* supra *Magarevo* collegisse (floriferum), unde in herbario FORMÁNEKIANO copia speciminum cum fructibus bene evolutis objacet.

Haud dubius sum *Seseli oligophyllum* GRSEB., quod GRISEBACH et ORPHANIDES in *Macedonia* indicant, cum nostro *Peucedano* identicum esse.

Planta nostra propter valleculas fructuum 3-vittatas in sectionem *Palimbioidea* Boiss. collocanda.

Affine *Peucedanum Chabraei* RCHB. differt foliorum radicalium segmentis primariis in lacinias lineares multifidis, radiis umbellarum intus manifeste puberulis, umbellulis 15—20 floris, involucelli phyllis brevioribus, floribus luteolo-virescentibus, mericarpis late marginatis, obovatis, jugis prominulis.

Foliorum forma magis affine esse videtur *Peucedanum aequiradium* VELEN. *Fl. bulg.*, p. 205., cujus specimina *Bulgarica*, quae in *Osogovska pl.* legi. et *Serbica* in monte *Ostrozub* ad fines *Bulgaricae* a dom. Lič lecta et in herb. *Formánekiiano* asservata (FORMÁNEK in *Verhandl. d. nat. Ver. Brünn* 1896. p. 96 sub *Seseli filifolio* JKA., teste DR. E. HALÁCSY) comparo.

Planta haec. cujus fructus maturos nondum vidi, habet quidem folia radicalia longe petiolata, pinnatisecta, segmentis sub 4-jugis. in lacinias paucas (2—4) lineares divisas. caulina simpliciter pinnatifida, summa ad vaginam reducta, differt autem caulibus superne tantum breviter ramulosis, radiis umbellarum aequalibus. circa 15 mm longis, intus manifeste puberulis, denique contractis.

Peucedanum Schottii BESS. radiis laevibus plantae nostrae affine, differt optime valleculis fructuum 1-vittatis.

II.

Gypsophila macedonica sp. n.

Perennis, caespitosa, rhizomate sat tenui lignoso, caules multos fasciculosque foliorum fragiles edente. caulibus pumilis, vix 10—15 cm altis filiformibus, glaberrimis, e basi prostrata areuatum adscendentibus, inferne subsimplicibus, densiuscule foliosis, foliis

oppositis, hic et inde in axillis fasciculos foliorum gerentibus, anguste linearibus, apice acuminato obtusiusculis, superne planis, subtus nervo prominulo notatis, margine cartilagineo breviter et sparse ciliolatis, vaginae sat latae, albo-scariosae insidentibus, ca. 5—7 mm longis, vix $\frac{1}{2}$ mm latis. Pars caulis superior cyma corymbosa, laxa, 10—20-flora terminata, pedicellis florum tenuiter filiformibus, strictiusculis, calyce multoties longioribus (ca 10—20 mm longis), floribus eis *G. muralis* L. similibus, sed multo minoribus, cum corollis roseis vix 4.5—4 mm longis, calycis turbinato-campanulati, glabri, vix 2 mm longi ad $\frac{1}{3}$ partem lobati, inter nervos late membranacei dentibus brevibus, rotundatis, obtusis, petalis roseis spathulato-cuneatis, apice truncatis vel rotundatis, calyce subduplo longioribus, capsula ovata, calyce longiore ca. 3 mm longa, seminibus nigris, rugulosis, minimis, subtrigonis, radícula elongata.

In Macedonia ad Bitoliam anno 1899 a Dr. E. FORMÁNEK detecta et pro *Tunica saxifraga* Scop. determinata (Verhandl. d. naturf. Ver. in Brünn 1900, p. 224).

Characteribus propositis accedit ad species perennes sectionis *Macrorrhizaea* Boiss. *Fl. Or. I*, p. 536. ubi praeter *G. frankenioidem* Boiss. etiam *G. spergulaefolia* Griseb. propter radiculam seminis elongatam collocanda, a quibus planta nostra longe distat.

Gypsophila frankenioides Boiss, Asiae incola, differt indumento patule glanduloso-hirto, pedicellis florum calyce sub brevioribus, capsula calyce tubuloso-campanulato sub brevior.

G. spergulaefolia Griseb., Albaniae, Bosniae, Serbiaeque incola, est planta multo robustior, foliis subearnosulis, glaberrimis, mucronulatis, inferioribus verticillatim sub-4-nis caulibus strictioribus, ramosis, apice scabriusculis, pedicellis florum calycibusque glanduloso-pilosis, floribus majoribus, calycibus late viridivittatis, intervallis membranaceis angustissimis, seminibus (ca 16) duplo vel triplo maioribus (ca $\frac{2}{3}$ mm. diametro) radículaque eorum manifestius elongata.

In eandem sectionem adnumerata *Gypsophila muralis* L. facillime dignoscenda annuitate, caulibus jam a basi ramosissimis, scabridulis, foliis plerumque longioribus et latioribus (ca 10—15 mm longis, 1 mm latis, non ciliatis), longius acuminatis, floribus maioribus (calyx 3 mm longus, capsula ovato-oblonga 4 mm longa).

III.

Ballota macedonica sp. n.

Caulibus basi induratis, ascendentibus, flexuosis, simplicibus, rarius breviter ramulosis, ca 20—40 cm altis, pilis albis longis, brevibusque glanduligeris setuloso-hirsutis, foliis breviter petiolatis, sat parvis, ca 3 cm longis, 2 cm latis, *cordato-triangularibus* superne viridi-canescens, stellatum hirtis, *inferne pulchre*

tomentoso-candidis, margine crebre crenato-dentatis, floralibus verticillastra superantibus vel adaequantibus, verticillastris multifloris, *densissime compactis*, approximatis, *calyceibus* (tubus cum dentibus ca 7—8 mm longus) *obconice campanulatis*, cum bracteis lanceolato-linearibus, apice vir dilatatis sensim in spinulam brevem acuminatis, eisque parum brevioribus, pilis albis stellatis dense conspersis, quasi farinulentis, dentibus breviter triangularibus in spinulam brevem patulam vel reflexam abeuntibus, cum arista vix $1\frac{1}{2}$ mm longis, corollis carneis tubo calyce exserto.

Macedonia: *Gorničova pl.*, *Galčica pl.* (FORMÁNEK in Verhandl. d. naturf. Vereines in Brünn 1898, pag. 68. sub *B. rupestri* VIS).

Epirus: *m. Mičkeli* 800 m (FORMÁNEK in Verhandl. d. nat. Vereines in Brünn. 1895, pag. 36. sub *B. rupestri* VIS).

Affinis *Balotta rupestris* VIS., cujus specimina in Hercegovina a me et DR. FORMÁNEK lecta comparo, differt a planta nostra caulibus pro more ramosis foliis maioribus, tenuioribus, *cordato-oratis*, *inferne canescentibus*, nec pulchre tomentoso-candidis, verticillastris multifloris, *laxioribus*, *bracteis basi angustis*, *apicem versus spathulato-dilatatis*, *abrupte in spinulam longiorem abeuntibus*, cum *calyceibus minus dense stellati-hirsutis*, ideoque *laete viridibus*, *calyceibus manifeste longioribus* (tubus cum dentibus ca 10 mm longus), *sub fauce minus dense barbata non constrictis*, ideoque *obconicis*. DR. F. E. HALÁCSY plantam nostram in *Flora Graeca*, II, pag. 532 pro *Ballota hirsuta* WILLD. = *B. rupestris* VIS. declaravit, speciminaque in *Gorničova pl.* a DR. FORMÁNEK lecta ita determinavit. DR. FORMÁNEK in adnotationibus suis e multis aliis locis *Ballotam rupestrum* VIS. indicat, planta vera hujus nominis e duobus solum hercegovinicis in herbario eius objacet (Pod Veleš et Busak pl. pr. Mostar). De reliquis ab eo nominatis locis specimina in herbario desunt, excepta statione Patsios in Olympo thessalo, unde in herbario FORMÁNEKIANO reperi plantam a DR. F. E. DE HALÁCSY pro *B. rupestri* VIS. determinatam quae formam velutinam *Ballobae nigrae* L. sistit, ut e calyceibus 5-dentatis facillime dignoscendum.

Bericht über die botanischen Ergebnisse meiner naturwissenschaftlichen Sammelreisen in Serbien in den Jahren 1899 u. 1900.*)

Von Othmar Reiser.

Custos am Bosnisch-Hercegov. Landesmuseum in Sarajevo.

I.

Wenn die nachfolgenden Angaben, welche ursprünglich als Vorläufer des Bandes V. der *Ornis balcanica* bestimmt waren,

*) Jelentés az 1899 és 1900. években Szerbiában tett természettudományi kutató utazásom botanikai eredményéről.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Ungarische Botanische Blätter](#)

Jahr/Year: 1905

Band/Volume: [4](#)

Autor(en)/Author(s): Vandas K.

Artikel/Article: [Novae plantae Balcanicae. 109-113](#)